

Distinctio.

illud qđ queritur *Utrū dicat libertas equo-
uel uniuoce.* Dicendū qđ nec sic nec sic, sed
fm quādam analogiā, que ppter cōuenien-
tiam cū uniuoco recipit compatiōē fm mā-
gis i minuz. ppter cōuenientiā cum equoco
recipit quādam distinctiōē multiplicitatē.
Analogum enim mediū tenet inter uniuocū
i equocū. Et sic patet que quesita sunt.

Distinctio xxvi.

Hec ē grā opans i coopās. *Supra egit Magr o libero ar.
siue de adiutorio homini opato
in se. In hac uero pte agit de
ipso compato ad auxiliū gratie.* Diuiditur
autem ista ps in duas ptes. In prima deter-
minat qđum possit libez arbi. cum gratia.
In scōa qđum possit circūscripta gratia, in-
fra distinctiōe xxviiij. Id uero inconuulisse
teneamus. *Prima ps habet duas.* In
prima determinat de adiutorio gratie opans
i coopantis collato libero arbitrio prout
illud adiutorii compatur ad libez arbitriū.
In scōa put compatur ad habitum gratuitū
i usum sibi debitum. ibi *Hic considerandū
est cum pdictum sit.* Prima ps habz duas.
In prima determinat quid sit, siue cuius effi-
catie sit illud adiutorium gratie quod li. ar.
supadditur. In scōa uero determinat qđtuz
ad uoluntatē siue ad li. ar. ordinatur. ibi *p
sa eadem tñ quedam gratie dona puenit.*
Prima ps habet tres pticulas. In prima de-
terminat quid sit illud adiutorium li. ar. sup-
additū qđtuz ad actum siue effectum. In
scōa uero qđtuz ad subiectum. ibi *Uolun-
tatem ipsaz.* Aug. in libro. In tertia pō
qđtuz ad ipsuz donum gratuitum. ibi *Et
si diligenter intendas.* Similiter scōa
ps principalis tres habet ptes. In prima
determinat ueritatem. ibi *Ipā eadē quedaz
tamē.* In scōa uero remouet dubitatiō-
nem. ibi *Non ē tamē ignorandū.* In
tertia uero pte subiūgit uirtutis recapitulati-
onem. ibi *Illius eiz gratie recipiende.*
Harū aut ptiū subdiuisiones manifeste sunt
in littera.

Intelligentiam huius partis
supposita gratie entitate i ne-
cessitate. quia hoc infra queret
suo loco. Queritur hic de gra-
tie quidditate. hoc eiz inquit *Magr in lra.*
Et circa hoc queruntur sex. Primo que-
ritur *Utrum gratia sit aliquid circa accep-
tantem uel circa acceptatum.* Scōdo da-
to qđ gratia sit aliquid circa acceptatū. que-
ritur *Utrum sit donum increatum.* Ter-
tio *Utrum sit in genere substantie uel acci-
dentis.* Quarto queritur *Utrum sit in
genere accidentis corruptibilis uel incorrup-
tibilis.* Quinto queritur *Utrum primo
insit essentie anime aut potentis.* Sex-
to i ultimo queritur *Utrum insit ad modū
pfectionis tñ. aut etiam p modū motoris.*

Circa primum sic pceditur i of-
tenditur qđ gratia dei aliquid
ponat circa gratificatum. Di-
citur enim *Johannis primo.* De plenitudine
eius accepimus gratiam p gratia. si ergo
quod accepimus in nobis est. idē gratia
in gratificatis siue acceptatis a deo habz et.
Item primo *Corin. xij.* Diuisiones gra-
tiarum sunt. dem autē spiritus diuidens sin-
gulis. put uult. hoc autem non esset nisi do-
num gratie in singulis aliquid poneret. ergo
Si tu dicis hoc esse dictum de gratia
gratis data. Arguitur a minori qđ si gratia
gratis data aliquid ponit in gratificato. mul-
tomagis gratia gratum faciens. que maioris
est efficacie i magis reddit ipsum gratifica-
tum deo acceptabilem. Item gratia gra-
tum faciente efficitur quis dignus superna
beatitudine. sed omnis dignitas aliquid po-
nit in eo in quo est. ergo dignitas retributi-
onis eterne aliquid ponit in eo qui dignus ē
hoc autem non est nisi gratia. ergo
Item culpa ex qua deus hominem odit i re-
pbat ponit aliquam deformitatem in eo qđ
re pbat. ergo paritate gratia ob quas
deus aliquem diligit i approbat. aliquid po-
nit in eo qui acceptatur. Item constat ali-
quem qui non est gratus deo fieri gratum.
sed hoc non est ppter mutationem aliquas
factam ex pte dei acceptantis. ergo hoc est

propter mutationes aliqua factas ex parte hominis acceptati. sed talis mutatio nihil ab homine tollit. ergo aliquid circa homines acceptatum ponit. **¶** Item deus est equi ponderator. ergo non magis acceptat unus homines quam alium nisi aliquid donum et aliquid bonum sit in uno quod non est in altero. hoc autem uocamus ipsas gratias. ergo gratia dei aliquid ponit circa ipsum gratificatum et acceptatum a deo. **¶** Sed contra. **Daniel primo.** Dedit dominus gratias Danieli in conspectu principis eunuchorum. sed constat quod tunc nihil nouum collatum est Danieli ad hoc quod acceptaretur ab illo eunuchorum principe. si ergo deus est benignior et ad acceptandum promptior. uidetur quod nihil oportet in homine poni ad hoc quod acceptetur a deo. si ergo gratias dei habere non est aliud quam deo esse acceptum. uidetur. **¶** Item uidemus experimento quod homo homini efficitur gratus ex solo aspectu. nec aliquid dat homo homini cum suscipit illum in gratiam suam. ergo pari ratione non oportet dari aliquid homini ut suscipiatur in gratias dei. **¶** Item omnis ille est alteri gratus qui est ab eo dilectus. sed dilectio dei non ponit circa dilectum aliquid nouum. quia dilexit nos ante mundi constitutiones. sicut dicitur **Ephe. primo.** Dilexit etiam nos cum adhuc peccatores essemus. sicut dicitur **Roma. quinto.** ergo pari ratione nec illa acceptatio siue gratificatio aliquid ponit circa gratificatum. **¶** Item solis precibus alicuius absque aliquo munere interueniente potest quis amicus et gratus effici alicui cuius prius erat inimicus et odiosus. si ergo est hoc in homine cum deus multo prouisor sit ad miserandum quam homo. uidetur quod multo fortius hoc possit reperiri circa gratiam dei. **¶** Item sic se habet gratia ad gratificatum et acceptatio ad acceptatum sicut se habet laus ad laudatum. sed laus nihil circa laudatum ponit sed circa laudantem. ergo nec gratia circa gratificatum. sed circa gratificantem. **¶** Item abundantioris caritatis est diligere et acceptare eum qui minus est dignus amore sicut inimicum quam amicum. ergo diuina caritas et bonitas non solum acceptat bonos sed etiam quantuicunq;

malos. non solum dignos sed etiam quantuicunq; indignos. ergo diuina acceptatio siue gratificatio non uidetur aliquid ponere circa ipsum acceptatum aut gratificatum. **¶** Responsio. Dicendum quod gratia diuina aliquid ponit circa gratificatum siue acceptatum. Et ratio huius est ista. quia diuina uoluntas in acceptando non afficitur. diuina ueritas in approbando non fallitur. et neutra earum in gratificando mutatur. quia diuina uoluntas in acceptando non afficitur nec acceptat aliquem propter nouum affectum. necesse est quod acceptet propter aliquem effectum. et ita aliquis effectus ponitur circa eum qui acceptatur. quia ueritas diuina in approbando non fallitur. ideo non presertur unus alteri. nec approbat magis unus quam alter nisi quia habet in se aliquid quod est magis dignum approbatione diuina. neminem autem acceptat nisi quem approbat. et ita nemo est gratus uel deo acceptus nisi in se habeat aliquid per quod sit approbatione dignus. quia uero uoluntas non mutatur in acceptando. nec ueritas in approbando. cum aliquis incipit de nouo approbari uel acceptari et nulla cadit mutatio ex parte dei acceptantis uel approbantis. necesse est quod aliqua cadat mutatio ex parte acceptati et approbati. sed hoc non est quia aliquid ei aufertur. est ergo mutatio quia aliquid donum sibi a deo confertur. Et sic patet quod gratia aliquid donum ponit circa ipsum gratificatum. unde concedende sunt rationes hoc ostendentes. **¶** Ad illud autem quod primo obicitur in contrarium de gratia humana. de qua dicitur quod deus dedit gratiam Danieli. **¶** Dicendum quod illud simile deficit in tribus conditionibus preassignatis. tum quia homo in acceptando afficitur. tum quia iudicium eius frequenter decipitur. tum etiam quia cum de non acceptante sit acceptans. in se ipso mutatur. hoc autem in deo non ponitur. et ideo non est simile. Et per hoc patet primum et secundum obiectum. **¶** Ad illud quod obicitur de dilectione quod non ponit aliquid in dilecto. Dicendum quod non est simile. pro eo quod dilectio se extendit non solummodo ad presens. uerum etiam ad futurum. Unde non

tantus diligit nos deus dilectione temporalis sed etiam eterna. **A**ceptatio nature et gratificatio solum ad presens se extendit. et ideo effectum non solum in habitu sed etiam in actu ponit circa ipsum acceptatum et gratificatum. **A**d illud quod obicitur. q. sole preces reconciliant. **D**icendum q. illud locum habet ubi reconciliatio fit per mutationem affectionis. ut cum aliquis alicui prius erat iratus post per preces alicuius mitigatur. hoc autem circa deum non ponitur. et si aliquando in scriptura dici uideatur. figuratiue intelligendum est. uidelicet per antropopathes. **A**d illud quod obicitur de laude. **D**icendum q. sicut laus creature non ponit aliquid circa laudatum sed circa laudantes. sic etiam gratia qua unus homo alterum acceptat. **D**eus autem qui non uerbo eum laudat sed approbatione. laudando aliquid ponit circa laudatum. unde ex hoc non sequitur q. gratia diuina nihil ponat. Posset tamen dici q. non est simile de laude et gratia. quia laus respicit personam extrinsecam cui laudatus ipse manifestus efficitur. sed acceptatio respicit bona intrinseca ex quibus una persona reddatur alteri accepta. **A**d illud quod obicitur. q. maioris caritatis est acceptare eum qui minus dignus est. **D**icendum q. acceptio non tantum respicit opus uel effectum siue donum largitatis. sed etiam iudicium ueritatis. **Q**ui enim alterum acceptat ipsum etiam approbat. **E**t quoniam diuina ueritas et equitas non potest approbare nisi bonum et equum. nullus quod diu manet in sua iniquitate potest esse deo acceptus. licet multa sibi beneficia a deo impendantur. **E**t sic patet q. ratio sua non cogit. quia sic est diuine largitatis imensitas ut non excludatur diuine ueritatis ineffabilis equitas.

Ecundo queritur. **S**upposito q. gratia aliquid ponat circa gratificatum. **U**trum illud sit creatum uel increatum. **A**d q. sit increatum uidetur per illud quod dicit **D**amas. in libro de spiritu sancto. **D**icimus substantiam donorum dei esse spiritum sanctum. nec extimare debemus spiritum sanctum secundum substantiam esse diuinum

quia multitudo donorum dicatur. impassibilis enim est et indiuisibilis. sed iuxta differentes intellectus multis donorum uocabulis nuncupatur. si ergo spiritus sanctus est donum in creatum. restat q. gratia gratum faciens dicitur quid increatum. **I**tem hoc ipsum ostenditur per effectus siue actus gratie quos dicitur habere in gratificato. qui ex diuersis auctoribus noue esse colliguntur. gratie enim est recreare. gratie est animam informare. uiuificare. illuminare. assimilare. unire. stabilire. acceptabilem deo reddere. et affectum sursum ducere et eleuare. **E**x primo actu arguitur sic. **E**odem recreat deus quo creat et equalis uirtutis. ubi dicit **Aug.** est recreare et creare. si ergo deus seipso creat. non per aliquod creatum. ergo seipso recreat. sed illud per quod recreat est gratia. ergo. **E**x secundo actu arguitur sic. **P**aris uirtutis est reformare mentem quantum ad affectum et quantum ad intellectum. sed mens immediate a prima ueritate formatur quantum ad intellectum ut dicit **Aug.** ergo et immediate quantum ad affectum a prima bonitate. sed animam informare quantum ad affectum est ipsius gratie. ergo gratia non est aliud quam bonitas summa. **E**x tertio actu uel effectu arguitur sic. **S**i uiuificare animam est actus gratie gratum facientis. et deus animam uiuificat seipso. non per medium creatum. ergo gratia non est aliud quam deus. **M**inor probatur per **Aug.** qui dicit q. sicut corpus uiuit anima ita anima uiuit deo. sed anima seipsa uiuificat corpus. ergo deus seipso uiuificat spiritum. **E**x quarto actu uel effectu arguitur sic. **S**i sol per sui presentiam esset presens oculo non esset necessaria aliqua luminis influentia ad hoc q. efficeretur oculus luminosus. si ergo sol iusticie deus est presens omni creature. et essentialiter est in anima unius cuiusque. uidetur q. nulla influentia luminis sit necessaria ad illuminationem anime. si ergo impossibile est deum aliquid facere frustra. uidetur q. gratia illuminans animam nihil aliud sit quam diuina essentia. **E**x quinto actu uel effectu arguitur sic. **S**i color esset sua similitudo non esset necessaria noue similitudinis generatio ad hoc q. oculus conformaretur ipsi colori. maxime si ipse color esse posset in oculo. sed in deo

propter suam simplicitatem non differt ueritas
et similitudo. filius enim qui est similitudo pa-
tris est eiusdem essentie cum patre. si ergo gra-
tie est deo assimilare et gratia est similitudo
dei. impossibile est gratia esse aliud a deo. ¶ **Ex**
sexto actu uel effectu arguitur sic. Medius
uiuendi plus coniungit utriusque extremi quam
extremum extremo. sed deus est intimus anime.
ergo impossibile est quod inter deum et animam
cadat aliquid medium uniuersum quod sit ab
utroque extremo diuersum. si ergo gratie est
unire animam deo cum gratia non sit anima.
necesse est gratia esse deum. ¶ **Ex** septimo actu
uel effectu arguitur sic. Impossibile est uani-
tatem per uanitatem stabiliri. sed si stabiliri sta-
biliri per ueritatem. si ergo omnis creatura
uanitas est. aut gratie non est anima stabiliri.
aut non est aliquid creatum. sed gratie est sta-
biliri animam in bonum. hoc planum est. ergo
gratia non est donum creatum sed increatum.
¶ **Ex** octauo actu uel effectu arguitur sic.
Eodem ipso acceptat deus aliquid quo amat.
sed pater et filius diligunt nos spiritu sancto.
sicut sancti dicunt et habitum fuit in primo
libro. non aliquid creato. ergo acceptat nos
spiritu sancto non per aliquid donum creatum.
si ergo gratia est illud quo deus animam ac-
ceptat et reputat animam gratam. uidetur. ¶
¶ **Ex** nono actu uel effectu arguitur sic. Ni-
hil potest mentes nostras supra se eleuare
nisi illud quod est mente superius. sed solus
deus maior est mente rationali. ergo solus dei
est ipsam supra se eleuare. sed iste actus uel
effectus dicitur esse gratie. ergo impossibile
est gratiam gratum facientem esse aliquid a
deo diuersum. ¶ **His** nouem rationibus colligi-
tur quod gratia non est donum creatum sed in-
creatum. ¶ **Ad** oppositum arguitur primo
rationibus ostensiuus. scilicet rationibus ducen-
tibus ad impossibile. ¶ **Ad** ostendendum autem
gratiam gratum facientem esse donum creatum
primo adducatur robur auctoritatis. et scilicet
uiolentia rationis. ¶ **Dicitur primo Corin.**
xii. Diuisiones gratiarum sunt. idem autem
spiritus. sed non est diuisio doni increati.
ergo. ¶ **¶** si dicas auctoritatem illam de-
bere intelligi non de gratia gratum faciente.
sed de gratia gratis data. ¶ **Obicitur contra**

per uerbum **Aug.** ad **Bonifacium** dicentis. gra-
tia meretur augeri uel aucta mereatur et per-
fici. Circa ergo istud donum consistit me-
ritum et augmentum. sed augmentum non co-
sistit nisi circa donum creatum. mutatum autem
non consistit nisi circa donum gratie gratum
facientis. ergo gratia gratum faciens est quid
creatum. ¶ **¶** si dicas augmentum illud atten-
di in gratia non secundum illud quod est. sed secundum effe-
ctum. adducitur ad hoc auctoritas **Magistri**
in littera quam sumit ex uerbis **Aug.** ibi. et si
diligenter intendas. nihilominus tibi demon-
stratur que sit ipsa gratia uoluntate perueniens
et preparans. scilicet fides cum dilectione. si ergo fi-
des est donum creatum. restat quod et ipsa gra-
tia uoluntatem preparans donum creatum est.
¶ **¶** Item hoc ipsum ostenditur ratione. et ex om-
nibus istis actibus gratie assignatis una col-
ligitur ratio. Si enim gratie est et reforma-
re et uiuificare et sic de aliis. cum omnis talis
actus sit ab aliquo sicut a principio formali.
non enim est informatio nec reformatio nec
uiuificatio et sic de aliis sine forma. necesse est
aliquid donum poni in anima quod sit ipsius
anime informatiuum. sed de nullo modo po-
test esse forma perficiens quous possit se habere
in ratione forme exemplaris. ergo propter donum in-
creatum quod deus est. ad hoc quod anima gra-
tificetur necesse est ponere donum creatum.
¶ **¶** Huius autem rationis necessitas colligitur
ex nouem mediis ex quibus nouem possunt for-
mari argumenta. sed tantum ualeat illa in unum
medium colligere quantum diuisis explicare.
¶ **Sic** ergo rationibus ostensiuis apparet gratia gra-
tum facientem esse donum creatum. ¶ **¶** Item hoc uidetur
rationibus ducen-
tibus ad impossibile. quarum prima
est hec. ¶ **¶** Aut gratia gratum faciens ponit aliquid crea-
tum in gratificato cum deus deum grato facit gratum.
aut nihil. si nihil. ergo nulla fit mutatio ex
parte creature gratificate. ergo fit mutatio ex
parte gratificatis quod est impossibile. ¶ **¶** item si nihil
creatum ponere. non esset melior ille qui est deo gra-
tus quam ille qui non est deo gratus. si ergo hoc est impos-
sibile ponere quod gratus deo non sit melior quam non
gratus. et impossibile est quod sit melior nisi aliquam
habeat quam aliter non habet. et hec non potest esse nisi quod
creatum. necesse est quod gratia aliquod creatum ponat
in gratificato. si ergo ponit aliquid creatum

Aut est donum siue aliquis habitus, aut est actus siue doni usus. **S**i est donum uel aliquis habitus, habeo propositum scilicet qd gra i gratificato ponit aliqd creatu. **A**ut e donu siue aliqs hit. **A**ut e act? siue doni ut? ergo n pl? erit i gratificato qd i no gratificato nisi qn opatur, ergo non erit gra in pualis baptizatis i iustis dormitibus magis qd in no baptizatis i peccatoribus. qd si hoc e falsuz i alienum a fide, necesse est gratiam aliquod donum creatum in gratificato ponere.

Item hoc ipm ostenditur alia ratione tam ex fide qd ex auctoritatibus. oportet supponere qd impossibile est aliquod meritum esse sine gratia, i hoc melius manifestabitur infra. **H**oc ergo supposito quero tunc. **A**ut gratia est aliqua pprietas liberi arbitrii, aut omnino nominat aliam substantia diuersa. **S**i est aliqua pprietas liberi arbitrii, habeo ppositum, uidelicet qd gratia in libero arbi. e aliquod donum creatum. **S**i gratia non est aliqua pprietas liberi arbitrii, sed deus, cuz libez arbitrii exit in opus meritorium qd est supra ipm i merendo potius agitur qd agat, i mouetur qd moueat. i si hoc, sicut motus no attribuitur lapidi, nec ex eo lapis e laudabilis uel uituperabilis. sic opus meritorium nullo modo est libero arbitrio attribuendu, i ita nec libez arbitrii ex illo erit aliquo premio dignum. qd si hoc est impossibile i falsum, restat ergo qd illud falsum est quo dicitur gratiam non esse aliquod donum creatum.

Responsio. **A**d pdictorum intelligentiam notandum, qd circa hanc questione sapien-tes opinantur contrariuz sapietib. **I**n hac enim questione aliquid est qd fides determinat, i aliquid qd ratio inuestigat. **F**ides et scriptura determinat qd absqz gratie dono impossibile est placere deo. **D**eterminat etiam qd absqz dono increato qd est spiritus sanctus homo non potest fieri deo acceptus, nec assumi in adoptione filioz dei. **E**t ideo omnes recte intelligentes concedunt i iustis esse gratie donum ut credant etiam in eis ee donum increatum qd est spiritus sanctus. et hoc a fide i scriptura determinatur. **E**t ideo qui contrarium huius sentiret eet hereticus. **S**ed utru preter donum increatu sit i nobis

ponere donum creatum p quod simus deo accepti uel non. **Q**uia no expsse eternitat scripture auctoritate, inuestigatur a doctoribus rationum pbabilitate. **E**t quoniaz tam habitus qd dona qd etiam uirtutes cognosci habent p pprias opationes, ideo fm diuersam compatione actuu i effectuum gratie ad ipam gratiaz, diuerse sunt sup hoc doctoruz opiniones. **S**icut eim prius tactum fuit in opponendo, gratie est recreare, gratie est reformare, uiuificare, assimilare, unire, stabilire acceptum facere, sursum leuare. **H**os ergo actus quidam compant ad gratiam sicut ad principium effectuum. **E**t quoniaz deus sufficit ad hos actus uel effectus pficiendos in rationali creatura, i solum deum decet pro sua dignitate, i soli deo sunt possibiles pro sua difficultate, ideo dixerunt qd donum creatum ponere ad hos effectus pficiendos in homine est superfluum i indecens i impossibile. **A**lii uero compauerunt effectus pdictos ad gratiam sicut ad formas. **N**ecessarium est enim uiuificatio i reformatio ab aliquo esse sicut efficiente, i ab aliquo sicut ab informante. **E**t quoniaz nec est possibile nec decens deum esse formam pfectuaz alius creature, ideo preter donum increatu quod comparatur ad hos actus tanqz principium effectuum, conueniens est i opportu-num ponere donum creatum per quod anima informetur. **H**anc autem positionem preferendam credo priori, tum quia securior est, tum quia rationabilior. **S**ecurior na qd est, quia consonat coitati magistrorum i uerbis expositorum i pietati sanctorum.

Doctores eniz parisienses comuniter hoc sensiunt i sensere ab antiquis diebus. **U**erba etiam expositorum hoc pretendunt que gratiam in sacramentis dari i usum uirtutis augeri dicunt. **P**ie etiam mentes i humiles huic positioni consentiunt, pro eo qd i si donum gratie non possit ita percipi a quocunq aliquando, tamen sanctitate preclaros uiros non latet diuine bonitatis influentia qua intra semetipsos potius experiendo qd rocinando cognoscunt. **H**oc etiā piam metiu e ut nihil sibi tribuat, sz totu grē dī. **N**ō qstūciqz ali qd det grē dī a pietate n recedit, etiā si mltā

tribuendo gratie dei aliquid subtrahat potestati nature vel libero arbitrio. **L**uz uero aliquid gratie subtrahitur et nature tribuitur quod est gratie. ibi potest periculum iteruenire. et propterea cum ista positio que ponit gratiam creatam et incretam plus gratie dei tribuat quam alia, et maiorem ponat in natura nostra indigentiam, hinc est quod pietati et humilitati magis est consona et propterea est magis secunda. **E**sto enim quod esset falsa, quando tamen a pietate et humilitate non declinat, tenere ipsam non est nisi bonum et tutum. **P**referenda est ergo hec opinio priori, pro eo quod est securior et magis recedit ab errore pelagii. **Q**uis, n. secum audeat negare in nostra gratificatione aliquod donum creatum nobis a deo conferri. **T**imere enim debet unusquisque ne forte negando donum gratie create efficiatur aduersarius gratie increte. **P**referenda est etiam, quia rationalior. **S**icut enim in opponendo ostensum est, rationaliter tales effectus et actus non possunt cogitari in nobis esse, quam sint ab aliquo sicut efficiente, et ab aliquo sicut informante, quo modo enim actus uerum reformationis et uiuificationis erit in anima, nisi sit aliqua forma completa a qua anima informetur, et ideo secundum hanc positionem compatitur ipsa gratia creata influentie luminis et principium eius comparatur soli. **U**nde et scriptura uocat deum siue christum solem iusticie, quia sicut ab isto sole materiali influit lumen corporale in aera per quod aer formaliter illuminatur, sic a sole spirituali qui deus est influit lumen spirituale in animam a qua anima formaliter illuminatur et reformatur et gratificatur et uiuificatur. **U**nde inter omnia corporalia maxime assimilatur gratie dei luminis influentia. **S**i autem enim hec est quedam influentia que assimilatur corpora ipsam suscipientia ipsi fonti luminis quantum ad proprietatem, sic gratia que est spiritualis influentia que mentes rationales fonti lucis assimilatur et conformat. **N**ec autem influentia recte dicitur gratia, cum quia datur ex mera liberalitate nulla nature cogente necessitate. **N**on enim oritur ex principis subiecti, nec adeo exit de necessitate, sed sua mera benignitate. **C**um etiam quia gratum facit. **Q**uoniam enim hominem deo conformat et assimilatur, reddit ipsum deo amicum, facit

deo esse placitum et acceptum. **C**um etiam quia facit hominem gratis facere ea que facit, affectus enim hominis recurrit eis et mercenarius quantum est de se. **U**nde si quid facit, intendendo proprium commodum facit, sed eam diuinam gratiam superuenit sic hominem totum gratum facit, ut siue ad utilitatem proximi siue ad honorem dei uelit, totum gratis facit impendere. **E**t sic patet quod talis influentia ualde rationaliter gratia nuncupatur. **H**anc ergo positionem sustinendo tanquam securitorem et rationabiliores, ad obiecta in contrarium facile respondetur. **I**llud enim quod dicit substantiam donorum dei esse spiritum sanctum, et si que tales auctoritates inueniuntur, intelligende sunt per causam et appropriationem, quia spiritus sanctus est donum in quo omnia alia dona donantur et qui est fons omnium donorum, non autem excluditur donum creatum per illud uerbum. **S**icut eis cuius quis tenet equum per frenum dicitur tenere equum, non tamen excluditur tentio freni, quia tenendo frenum tenet equum, sic cum spiritus sanctus dicitur substantia donorum non excluditur donum creatum, immo includitur. **N**on enim ob aliud dicitur nobis dari spiritum sanctum, nisi ex eo quod sic est in nobis a deo ut habeatur a nobis. **L**uc autem habetur a nobis quando habitum habemus quo possemus eo frui, et hoc est donum gratie creatum. **E**t sic patet responsio ad illam auctoritatem et ad consimiles. **A**d illud uero quod obicitur de actu siue effectu recreationis quod est a solo deo. **D**icendum quod uerum est quod est a solo deo sicut a principio effectiuo, nihilominus tamen quia recreatio est rei iam existentis per quam dispositionem nata reformari est. **I**tem enim est recreatio et reformatio, et propterea non tantum respicit principium effectiuum, sed etiam principium informatiuum, non sic est de creatione que simpliciter est de non ente in qua simpliciter est productio rei non secundum qualitatem alteratio. **P**er hanc uiam respondere potest ad omnes rationes sequentes. **O**mnes enim procedunt secundum quod actus illi comparantur ad gratiam sicut ad principium effectiuum. **H**oc autem modo non sunt a gratia creata sicut dictum est, et isto melius patet si quis diligenter pertractare uoluerit, permittit tamen causa uitae plenitudinis

Ad illud tamen quod obicitur de unione.
Dicendum quod gratia non unit quantum ad esse pri-
mum quantum ad hoc quod deus est cum aliis creatu-
re intimus essentialiter potentialiter et presen-
tialiter. sed gratia est medium uniendo quantum
ad cognitionem et amorem quantum ad quem mo-
dum multum distat deus a peccatoribus.

Quarto queritur Utrum gratia sit
in genere substantie uel in ge-
nere accidentis. Et quod sit in
genere accidentis uidetur. Omne
quod a se habet substantie iam complete est acci-
dens. sed gratia aduenit substantie iam complete
scilicet anime rationali. ergo gratia est accidens.
Item quod adest et abest preter subiecti cor-
ruptionem est accidens. sed gratia est huiusmodi
sicut patet. quia multi iusti efficiuntur pecca-
tores et e converso. ergo etc. Item omne quod
recipit magis et minus est accidens. sed gratia
recipit magis et minus. quia maior est in uno
quam in altero. et in eodem ipsa habet diuersa tem-
pora magis intenditur. ergo etc. Preterea.
Aut gratia est substantia. aut accidens. Si
est accidens habeo propositum. Si substantia. aut
substantia materia. aut substantia forma. aut
substantia compositum. Substantia materia
non. hoc constat. Substantia etiam composita non.
quia tunc non esset anime unibilis. Substantia
forma non. quia tunc ex gratia et anima fieret
unum per essentiam. ergo si non est substantia. restat
quod est accidens. Item si est substantia. aut cor-
poralis. aut spiritualis. non corporalis. hoc co-
stat. Si spiritualis. aut deus. aut angelus. aut
rationalis anima. sed constans est quod gratia creata
nec est deus nec angelus nec anima rationalis.
ergo restat quod gratia creata sit in genere acci-
dentis. Item nulla substantia est habitus.
sed gratia est quidam habitus animam decorans
et ornans. sicut dicitur super illud psalmi. Ut exila-
ret faciem in oleo et gloria. gratia est quidam nitor
animi etc. ergo gratia non est substantia. et est
substantia uel accidens. ergo etc. Sed contra.
Nullum accidens est nobilior substantia. sed gratia
est nobilior anima quam perficit et complet. sicut
perfectio est nobilior perfectibili. ergo gratia non
est accidens. et est accidens uel substantia. ergo
etc. Item nullum accidens est substantie si-
milis quam substantia. sed gratia inter ceteras
creaturas est deo similior et deus est substantia.

ergo gratia est in genere substantie. Item
nullum accidens est stabile quam substantia. pro eo
quod substantia prebet fulcimentum accidenti. non
e converso. sed gratia stabilis ipsam animam
et confirmat in bono. nec potest ipsa gratia
aliquo modo incurvari in malo. si ergo anima est
substantia. gratia est substantia. Item omnis
forma que est principium uite est in genere sub-
stantie. sed gratia est principium uite et nobi-
lissime uite. ergo gratia est in genere substan-
tie. Item tria sunt genera bonorum scilicet
bona media. bona minima et bona maxima. si-
cut uult Aug. in libro de libero arbitrio. sed
bona minima et bona media sunt in genere
substantie. ergo multo fortius et bona maxima
sed gratia est de bonis maximis. ergo etc. Item
omne accidens quod inest alicui ut acci-
dens. aut inest per se aut per accidens. si ergo gra-
tia inest anime ut accidens. aut ergo inest per se
aut per accidens. si per se. ergo habet ortum ex
propriis principiis subiecti. ergo iam non erit
gratia. sed naturalis proprietas. Si per accidens
sed omne per accidens reducibile est ad per se. er-
go si gratia inest anime per accidens. erit aliud
subiectum cui inest per se. Quero ergo quid
sit id. si autem non est aliquod tale dare. restat
quod gratia non est accidens. et est accidens uel substantia.
ergo etc. Rñ. Dicendum quod ponentes gratiam
esse donum creatum. necesse habet ponere gratiam
esse in genere accidentis. Ad cuius intelligentiam
notandum quod est aliquod accidens quod comparatur ad ali-
quid sicut ad subiectum et causam. Aliquod quod comparatur
solu ad aliud sicut ad subiectum et ad aliud sic
ad causas. ubi gratia nigredo in coruo comparatur ad
ipsu coruū sicut ad subiectum et causam. lumen in
aere uel spiritus in speculo comparatur solu sicut ad sub-
iectum. non sicut ad causam. quia et si ibi recipiatur
aliunde tamen habet ortu. Tale autem accidens quod
comparatur ad aliud sicut ad subiectum. et ad aliud sic
ad causam potest esse sub triplici figura. Quoddam. n.
est quod habet ortu ab inferiori. quoddam quod habet or-
tu a pari. quoddam quod habet ortu a superiori. si est ab
inferiori ut spiritus lapidis in oculo ut etiam in intelle-
ctu nostro. si a pari ut similitudo speculi in spe-
culo. si a superiori ut lumen in aere illuminato
Tale autem accidens quod habet ortu a superiori in quantum ac-
cidens est. completum est. non quantum ad esse primum
sed quantum ad esse secundum. quia uero a superiori
est. habet nobilitate subiectum in hoc quod

ingit ipm et format ei qd est ipso superius.
 ¶ si sit tale accidens quod ortum habet ab ete
 prio supremo si eius infusio uel origo sit fm
 pfecta influentia. non solus habet nobilitate.
 uerz etiam consummare et quietare. et hoc n
 facit tantu ratione sui. uerz etiam ratione ei
 a quo pcedit. i quo repitur omnis pfectio et
 bonoz omniu aggregatio. ac p hoc copleta
 beatitudo. **Concedende sunt ergo rationes**
phantes gratiam esse accedens. ¶ Ad illu
 autem quod primo obicitur in contrariu. q
 nullum accidens nobilius est substantia. **Di**
cendum q illa ratio deficit tripliciter. primu
 quidem. quia nobilitas substantie et accidentis
 et bonitas substantie et accidentis pprie non
 habent compari. **Accidens enim bonum di**
citur non sibi sed alii. non sicut ordinatu. s3
sicut ratio ordinandi. sed ipsa substantia bo
na est tanqz bonitatis picipia. ¶ Alio etiam
 defectus est ibi. quoniam et si nullum accidens
 nobilius sit substantia put accidens compa
 in se qdum ad essentiam generis siue qstuz
 ad esse primus. nihilominus tamen put ac
 cidens consideratur in subiecto et includit ee
 subiecti. quadam nobilitatem supaddit qdum
 ad esse scdm. ¶ Terti etia defectus e. quia
 q gra dicatur nobilior aia et pfectio anime.
 hoc non e rone sui tantu. sed quia unit bono
 increato sicut pdictum est. ¶ Ad illu quod
 obicitur. q nullus accidens similis e substā
 tie qz substantia. **Dicendum q sicut dictu**
est de bonitate. q alio mo dicitur aia ee bōa
aliomō gratia. sic etia aliomō deo assimilaf
et aliomō gratia. Anima enim deo assimilaf
 sicut diuine similitudinis susceptia. gra uero
 sicut ipsa similitudo uel donu assimilatiuuz
 unde vo opatio pprie iter hunc modu assi
 milandi et illum. **Alius est etiam defectus.** qd
 cum anima simuletur deo ppter gratia et ut
 unu ppter alterum. utrobiz tantu unum. sic
 non est maior uel minor assimilatio dicenda
 i anima gratificata qz in gratia gratificata.
 ¶ Tertius etiam defectus. quia et si substantia
 plus assimilatur substantie in rone entis. ni
 bel phibet accidens pl⁹ assimilari alicui sub
 stantie sub rone pprietatis. sicut aia sapiēs
 plus assimilatur deo inqstuz est ens p se qz
 ipsa qualitas sapientie. nihilominus tamen
 deo inqstuz est sapiens plus assimilaf aia

inqstuz est sapiens qz inqstuz est substā
 tia. sic et in pposito intelligendum est.

¶ Ad illud quod obicitur. q nullu accidens
 est stabilius substantia. **Dicendum q uerz**
 est de illo accidente quod compatur ad aliqd
 sicut ad subiectum et causam. de eo uero acci
 dente quod aliunde habet originem non ha
 bet ueritatem. sicut patet in radio exeunte a
 sole qui fixus pmanet aere moto. et qd gra
 tia est tale accidens. ideo illa ratio non habet
 locum in proposito. ¶ Ad illud quod obici
 tur. q gratia est forma que est principuz ui
 te. **Dicendum q illud habet ueritatem de**
forma que dat uiuere qd spectat ad esse pri
mu. gratia autem est forma dans uitam
 quatum ad esse scdm siue quantum ad esse
 bene. et ideo illud non ualet. **Non enim sit**
unum p essentiam ex gratificato et gratia si
cut sit unum p essentiam ex corpore uiuifica
to et anima uiuificante. ¶ Ad illud quod obi
 citur de bonis maximis et minimis et mediis
Dicendum q illa diuisio bonoru est fm ac
ceptionem boni qua aliquid dicit bonu. quia
 bonu alii et utile. sicut pz ex uerbis Aug. ibi
 dem. quia bona maxima sunt illa qbus nō con
 tingit male uti. et ideo ad gradum bonitatis
 fm eu modu p que ibi loquitur. Aug. nihil
 facit utru bonu id qd dicit maximu sit in ge
 nere substantie uel accidentis. ¶ Ad illu quod
 qritur **Utru insit aie p se aut p accidens.**
Dicendu q p se inest i genere subiecti. sed
 nō p se i genere cause. et qd p se inest in gene
 re subiecti. ideo nō e qrendu aliud subiectum
 cui p pri⁹ isit. qd vo ut uest p se i genere cau
 se. ideo nō uest oi aie. nec ex pceptis aie h3
 originē. ideo qdāmō h3 naturā accidentis ibe
 rentis p se. qdāmō naturam accidentis inhe
 rentis p accidens.

Quarto qrit **Utru gra sit i genere**
accidentis corruptibilis an incorruptibi
lis. ¶ Et q sit accidens corruptibile
 uidet. De accis qd e i subiecto uariabili fm
 qd e uariabile e corruptibile. s3 gra e in sub
 iecto uariabili utpote i aia fm libertate ar.
 i q consistit mutatio et ueritas. ergo et. ¶ Itē
 oē accis qd h3 oppositu potēs inee suo sub
 iecto e corruptibile. sed gra opponit culpe et
 culpa pōt iee aie utri iusti qd diu e i statu uie.
